

super eos sal: et offerent eos in holocaustum domino. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: et vitulum de armento et arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare et mundabunt illud et implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus in die octava et ultra facient sacerdotes super altare holocausta vestra: et que pro pace offerunt: et placatus ero vobis: ait dominus deus.

**XLIII.**  
**E**t conuertit me ad viam porte sanctuarij exterioris que respiciebat ad orientem: et erat clausa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clausa erit et non aperietur et vir non transeat per eam quonia dominus deus israel ingressus est per eam eritque clausa principij. Princeps ipse sedebit in ea ut comedat panem coram domino. Per viam porte vestibuli ingredietur: et per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam porte aquilonis in conspectu domus: et vidi: et ecce impleuit gloria domini domum domini. Et cecidi in faciem meam: dixit ad me dominus. Fili hominis: pone cor tuum et vide oculis tuis et auribus tuis audi omnia que ego loquor ad te: de vniuersis ceremonijs domus domini et de cunctis legibus eius. Et pones cor tuum in vjs templi per omnes exitus sanctuarij: et dices ad desperantes me domum israel. Hec dicit dominus deus. Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus israel: eo quod inducitis filios alienos in circuitibus corde et in circuitibus carne ut sint in sanctuario meo et polluant domum meam: et offeritis panes meos adipem et sanguinem: et dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris: et non seruastis precepta sanctuarij mei: et posuistis custodes obsecrationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. Hec dicit dominus deus. Dies alienigena in circuitibus corde et in circuitibus carne non ingreditur sanctuarium me-

um: omnis filius alienus qui est in medio filiorum israel. Sed et leuite qui longerecesserunt a me in errore filiorum israel et errauerunt a me post idola sua: et portauerunt iniquitatem suam: erunt in sanctuario meo editui et ianitores portarum domus et ministri domus. Ipsi mactabunt holocausta et victimas populi: et ipsi stabunt in conspectu eorum ut ministrent eis. Pro eo quod ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum: et facti sunt domui israel in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui manum meam super eos ait dominus deus: et portauerunt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me ut sacerdotio fungantur mihi neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam et scelera sua que fecerunt. Et dabo eos ianitores domus et in omni ministerio eius: et vniuersis que fiunt in ea. Sacerdotes autem et leuite filij sadoch qui custodierunt ceremonias sanctuarij mei cum errarent filij israel a me: ipsi accedent ad me ut ministrent mihi: et stabunt in conspectu meo ut offerant mihi adipem et sanguinem ait dominus deus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum: et ipsi accedant ad mensam meam ut ministrent mihi et custodiant ceremonias meas. Cuncti ingredient portas atrij interioris vestibulis lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum quoniam ministrant in portis atrij interioris et intrinsecus. Vir te lineentur in capitibus eorum: et feminalia linea erunt in lumbis eorum: non accingentur in sudore. Cuncti egredientur atrium exterius ad populum: et uent se vestimentis suis in quibus ministrauerunt: et reponet ea in gazophylatio sanctuarij: et non sanctificabitur populum in vestibulis suis. Caput autem suum non radent neque comam nutrient: et tondentes attondent capita sua. Et vinum non bibet omnis sacerdos quoniam ingressurus